

Aduertencias para

de suis fratribus duxerint concedendum omnibus praedictis indultis in genere, aut in specie hactenus concessis & in posterum concedendis uti, potiri, & gaudere, libere, & licite possint & valeant: quod breve Apostolicum originale asseruatur Mexici in Conuentu S. Francisci. Et Paulus. 3. anno. 1542. concessit fratribus Praedicatoribus de Mexico communicationem omnium priuilegiorum quae a suis prædecessoribus concessa fuerunt qui buscunque ordinibus, & quae in posterum concedentur, ut perpetuò, liberè & licite eis gaudere possint, quod breve seruatur in conuentu S. Dominici de Mexico. Ex quibus manifestum appareat fratres omnes mendicantes frui omnibus priuilegijs concessis & concedendis presbyteris Societatis Iesu, & presertim pro hoc Novo orbe. ¶ Et frater Emmanuel Rodericus in confirmationem huius sententiæ adducit communicationem priuilegiorum factam a Gregorio. 14. anno. 1591. Ordini Cisterciensi, in qua definit. Pontifex dictum ordinem frui etiam priuilegijs Societatis, cum ipsi concedat communicationem omnium ordinum. Adducit etiam confirmationem & communicationem priuilegiorum factam ab eodem